

The *Gesta*—composed or compiled by an otherwise unattested William of Padua—relates in considerable detail the seige, fall, and capture of Narbonne. Though the events actually took place under the rule of Pepin, this historial epic ascribes them to the heroic figure of Charlemagne. William tells us in the prologue that he based his version on an old, nearly destroyed copy of a contemporaneous account by Philomena, supposed secretary of Charlemagne; hence the *Gesta* is sometimes called the *Pseudo-Philomena*. Numerous vernacular versions of this text are known, including Provençal and Catalan translations.

Incipit gesta Karoli Magni, quantum ad destructionem<sup>a</sup> Carcassone et Narbone et ad constructionem<sup>b</sup> monasterii Crassensis<sup>c</sup>

Cum quelibet pars nostri corporis minorationi et deflutioni<sup>d</sup> cotidie supponatur ex causis videlicet et rationibus quam plurimis, id est calore naturali<sup>e</sup> agenti non naturaliter<sup>f</sup> et usu inmoderato<sup>g</sup> sex<sup>h</sup> rerum non naturalium<sup>l</sup>, sine quibus in corpore alicuius impossibile est vita<sup>i</sup> stare, et memorialis cellula sit una de<sup>j</sup> partibus membrorum et principale primum de<sup>k</sup> quatuor adunatis<sup>l</sup>, sicut relique partes<sup>m</sup> sic et hec<sup>n</sup> cotidie minoratur. Cum igitur hominis cuiuslibet<sup>o</sup> corpus<sup>p</sup> sit taliter expositum, merito hominum memoria est labilis<sup>2</sup>, precipue cum non<sup>q</sup> de re una sed de multis oporteat<sup>r</sup> quemlibet cogitare. Hoc respiciens christianissimus Deo dilectus vir gloriosus rex Francorum et imperator Karolus, dum hoc monasterium construebat, voluit<sup>s</sup>, quod hedificatio et consecratio<sup>t</sup> monasterii beate et gloriose Virginis Marie Crasse et prelia, que fecit in capcione Carcassone ac<sup>u</sup> Narbone, oblivioni penitus non<sup>v</sup> traderentur. Et ideo suo iurato scriptori, nomine Filomena, precepit, ut omni falsitate<sup>w</sup> remota totam ystoriam in scriptis redigeret, qui, prout melius potuit, precepto ipsius obedivit; que ystoria<sup>x</sup> antiquata litteratura<sup>y</sup> et fere destructa in librorum repositoio dicti monasterii fuit inventa. Quam ystoriam ad instanciam precum<sup>z</sup> viri venerabilis Dei gratia domni<sup>aa</sup> Bernardi abbatis et tocius conventus dicti

a. captionem T    b. edificatiem T    c. incipit (incipiunt Q) gesta Karoli Magni regis et imperatoris de capcione Carcassone et Narbone civitatum et constructione et consecracione altaris et ecclesie monasterii Crassensis (Crassenonensis Q) Q R; *titulum om. C; titulus et partim prologus legi non possunt S*    d. destructioni R    e. naturali colore C    f. naturali LCRV, naturaliter *coni.* Schn.    g. inmorato LR    h. ex LCRV, etiam *coni.* Schn., sex *coni.* Hei.    i. vitam R    j. ex M    k. ex M    l. integrare *add.* R, integrant *add.* M    m. reliqua pars S<sup>2</sup>, partes S<sup>1</sup>, scilicet reliquas partes M    n. *om.* C    o. cuilibet LV, substancie S    p. corporis C    q. *om.* C    r. oporteat *exp.* S<sup>1</sup>, oporteat *in mg. a manu recentiore S*    s. noluitque S    t. et consecratio *om.* R    u. Carcassone ac *om.* R    v. *exp.* S    w. fl'itate LV, C *legi non potest*, fluitate Bandini, superfluitate Schn.    x. que ystoria: qui ystoriam S    y. litturata R, licturatur T, licturatura M    z. et precum LCRSV, et preceptum M, et preces *coni.* Bandini, et precem *coni.* Schn., et *del.* Hei.    aa. *om.* L V

monasterii beata Dei genitrice Maria adiuuante latinis verbis ego Paduanus<sup>a</sup> conposui<sup>b</sup>, prout mei possibilitas fuit<sup>c</sup> translatare, principium faciens in ipso ystorie<sup>d</sup> primordio, que capta Carcassona<sup>e</sup> et Christianorum multitudine<sup>f</sup> populata hedificatis ecclesiis incohatur.

5 Quando igitur Karolus Magnus cepit [Iv] civitatem Carcassone, in cuius captione multa mala sustinuit et multos viros nobiles ibi<sup>g</sup> amisit<sup>h</sup>, et tamdiu ibi stetit, donec divina potencia<sup>i</sup> inspirante vidit turres versus exercitum inclinari, tunc cognovit, quod gratia Dei civitatem caperet<sup>3</sup>. Et procedente tempore eam cepit et<sup>j</sup> christianorum multitudine populavit; he-  
10 dificavit ibi etiam quam plures ecclesias, scilicet Sancti Nazarii et<sup>k</sup> Sancti Saturnini, Sancti Iohannis, Sancti Marcelli<sup>l</sup>,<sup>4</sup> et quendam virum nobilem Rogerium nomine<sup>m</sup> et bonum clericum<sup>n</sup> ibi posuit et eum a sanctissimo viro Leone papa, qui tunc temporis erat ibi, fecit in episcopum consecrari.<sup>5</sup>

Hoc facto noluit ibi ulterius remanere, sed eius propositum modis omni-  
15 bus adimplere<sup>o</sup>, videlicet gentem sarracenicam confundere, fidem catholicam exaltare. Et fecit preconizari per totam civitatem, quod omnes venirent apud Montem Marinum<sup>6</sup> et ibi suum sumeret consilium<sup>p</sup>, versus quas partes tenderet. Et ad dictum montem ex precepto ipsius omnes (50) pariter convenerunt. Fuit namque ibi sanctissimus vir Leo papa<sup>7</sup> et maxima pars  
20 omnium cardinalium et patriarcha Ierosolimitanus et archiepiscopus Turpinus et alii archiepiscopi, episcopi et<sup>r</sup> abbates,<sup>s</sup> priores et alii clerici infiniti. Fuit etiam ibi<sup>t</sup> Rotolandus, Oliverius<sup>u</sup>, Raynerius<sup>v</sup> de Albospino<sup>8</sup>, Rogerius de Corduba<sup>w</sup>, Ancelmus<sup>x</sup> de<sup>y</sup> Prohis, Gelerius<sup>z</sup>, Gilius, Estoldus, filius Odonis, Symfredus<sup>aa</sup>, Augerius Danesus<sup>bb</sup>, Gayferius, Boves sine  
25 barba, qui fuit de Normandia, Engelerius<sup>cc</sup> de Vasconia, Salomon<sup>dd</sup> de Britania et Torestagnus<sup>ee</sup>, frater eius, et omnes XII pares, duces, comites, vice-

a. vitalis R, parduanus *exp.* S, verius vitalis *in mg.* S<sup>2</sup> b. proposui R c. fuerit R  
d. *om.* T e. Carcassone L f. *om.* LCRSV, *add.* Schn. g. *om.* C h. ammisit R,  
admisit T i. potestate T j. eam *add.* R k. *om.* C l. utardelli LRV (CST *legi non possunt*), Marcelli M, *coni.* Schn. m. nomine Rogerium R n. clerum M o. *om.*  
LV p. concilium S q. secundum aliam cronicam fuit assumptus Rome anno ab incarnatione domini septingentesimo nonagesimo nono et prefuit annis xxii mensibus tribus *add. in mg. inf.* S<sup>2</sup> r. episcopi et *om.* R s. et alii *add.* C t. Karolus  
*add.* C u. Olivarius R v. Ranierius CR w. Corduna R, Cerdulia S  
x. Anselmus L<sup>2</sup>Q; *initium textus* Q (*f.* 36r): De Narbona invadenda consilium petit Carolus Magnus *add. in mg.* Q<sup>2</sup> y. *om.* S, *sup. lin.* V z. *in mg.* V aa. Sinfidus LV, Syrifidus CQRS, Symfredus *coni.* Schn.; Symfre BP bb. Dasenus Q R, Valerius M  
cc. Engelarius Q R, Angelius T; Boves sine barba qui fuit de Normandia Engelerius *om.* C dd. Salamon C ee. Torrestagnus C, Torestanus QR, Toirstagnus V

comites, barones, proceres et alii milites, quos omnes esset<sup>a</sup> longissimum enarrare.

Congregatis igitur omnibus Karolus Magnus traxit ad partem archiepiscopum Turpinum petens ab eo consilium, qualiter<sup>b</sup> facerent vel versus 5  
 quas partes primo irent<sup>c</sup>, qui respondens ait: «Non est congruum, ut in  
 tanto facto et inter tot nobiles<sup>d</sup> ego solus<sup>e</sup> dem vobis consilium; sed vocetis 10  
 dominum papam, patri[2r]archam, cardinales, archiepiscopos, episcopos et<sup>f</sup>  
 abbates, XII pares et alios viros nobiles et ab omnibus istis vestrum consi-  
 lium imploretis et in<sup>g</sup> omnibus consilium eorum teneatis; nam id, quod a  
 pluribus et sapientibus<sup>h</sup> approbatur, non debet postea revocari». Et ita fac- 10  
 tum fuit<sup>g</sup>. Convocans omnes<sup>i</sup> et ab omnibus petens consilium hanc oratio-  
 nem coram omnibus incohavit: «Viri nobiles, licet multa passi simus<sup>l</sup> pro  
 Christo ad ipsius fidem catholicam exaltandam et gentem Sarracenicam<sup>m</sup>  
 confundendam, non tamen possemus tanta pro Christo sustinere, quod mil- 15  
 lesime parti passionis ipsius responderet; qui nos ut a potestate dyabolica<sup>n</sup>  
 erueret, suum sanguinem proprium effudit, suspensus in cruce<sup>o</sup>, potatus<sup>o</sup>  
 aceto felle mixto<sup>11</sup>, spinis coronatus<sup>12</sup>, pectore vulneratus, pedibus et mani-  
 bus clavellatus, sputus<sup>p</sup> in facie, percussus in genis, passus tanta et tot sup-  
 plicia, quod est auditu<sup>q</sup> terribile et terribilius enarrare<sup>r</sup> 13. Cum igitur<sup>s</sup> tot  
 et tanta passus sit, ut nos liberaret a penis inferni<sup>t</sup> 14 et potestate dyabolica<sup>u</sup>, 20  
 et preterea<sup>v</sup> nobis promittat<sup>w</sup> nos in sua inenarrabili gloria collocare<sup>15</sup>,  
 merito adhuc debemus pati pro Christo<sup>x</sup> exaltando fidem christianam et  
 gentem paganam confundendo<sup>y</sup>, ut deliciarum sue glorie mereamur par-  
 ticipes fieri in eternum. Modo est ita, quod ipso adiuvante proponimus  
 intrare Yspaniam. Sed tamen est hic prope quedam nobilis civitas, que 25  
 Narbona nuncupatur, et alie quam plures citra Yspaniam, que nos infestant  
 quam plurimum. Et si possemus dictam Narbonam capere, introitus Yspa-  
 nie aperiretur et alie civitates ipsa devicta de<sup>z</sup> facili vincerentur. Et si con-  
 sulitis, ut versus Narbonam eamus<sup>aa</sup>, ex parte Domini; sin autem, intremus  
 Yspaniam et, quod magis vobis placuerit, eligatis». Tunc omnes unanimi- 30  
 ter clamaverunt, quod melius erat primo devincere et capere Narbonam et

a. e *add.* V, *add. & exp.* LC b. qualis V c. tenderent CQRS; vays calz partz tenrian primieyrament BP d. *post* nobiles *add.* viros Schn. e. *om.* QR f. *om.* R g. *om.* QR, ab M h. pluribus et sapientibus: sapientibus pluribus C i. convocavit omnes C<sup>2</sup>QR l. sumus C m. sarracenam C n. dyaboli CQRS o. patatus L<sup>1</sup>, potus sive potatus QR p. sputus QR, sputis LCSV q. audire QR r. enarrare L<sup>1</sup> (*sic semper*) s. ipse *add.* QR t. infernis R u. dyaboli CQRS v. etiam *add.* S w. permittat QR x. ipso CQRS y. confundendam Q z. *om.* Q aa. sit *add.* QR

postea Yspaniam<sup>a</sup> introire. His itaque dictis generaliter postea specialiter Karolus a (100) Leone papa et a patriarcha [2v] et ab archiepiscopo Turpino et a Rotolando et ab omnibus nobilibus quesivit consilium, qui omnes in superiori consilio concordarunt<sup>b</sup>. Hoc facto<sup>c</sup> preparaverunt se, et totus exercitus extra civitatem iacuit illa nocte.

Crastina die mane auditis et celebratis missis vocavit Karolus ductores suos querens ab eis, qua via posset melius ire versus Narbonam. Ipsi dixerunt, quod, si vellet ire per viam planam, posset vel, si vellet<sup>d</sup> ire<sup>e</sup> per montuosa loca aliquantulum, inveniret<sup>f</sup> pulcra loca ad venandum et<sup>g</sup> habilia et per istam viam<sup>h</sup> ita bene vel melius posset ire<sup>i</sup>. Dixit archiepiscopus Turpinus: «Domine, per istam eamus; nam recreabimur aliquantulum in captione ferarum<sup>j</sup>, et<sup>k</sup> egomet ibo cum venatoribus, et vos cum domino papa et toto exercitu venietis suaviter, secundum quod maximum exercitum decet ire».

Hiis dictis arripuerunt iter et Turpinus ante eos cum venatoribus et ductoribus. Et dum ivissent<sup>l</sup> circa quatuor leucas et archiepiscopus Turpinus esset segregatus ab omnibus venatoribus et esset in monte quodam, invenit ibi quendam Sarracenum venantem et cepit eum; postea quesivit ab eo, quis homo esset<sup>m</sup> et unde erat. Qui respondens ait: «Venator sum et ex venatione mea vivo et sum Sarracenus et domicilium meum est apud Petram<sup>n</sup> Colobram<sup>16</sup> in quodam monte, in quo marmores sunt<sup>o</sup> infiniti». Et dum ista quereret, vidit fumum in valle quadam ante se et quesivit a Sarraceno, si erant aliqui habitatores in loco illo, ubi fumus erat. Et Sarracenus respondit, quod vallis illa vocabatur Macra, quia Narbonenses tale ei nomen imposuerunt<sup>p</sup>; sed ab aliis antea Vallis<sup>q</sup> Vallica<sup>r</sup> nuncupabatur<sup>s</sup> 17 et vocatur ideo Macra, quia XX anni sunt elapsi, quod septem homines degunt ibi<sup>t</sup> et sunt nigri et<sup>u</sup> pilosi, bestiales et ita macri, quod fere exeunt a figura hominum et non comedunt nisi milium et fabas et caules<sup>v</sup> et alias [3r] herbas<sup>w</sup> agrestes et nemini faciunt neque bonum neque malum<sup>18</sup>; et ideo quia tales sunt, vallis Macra ab omnibus nuncupatur, et in domicilio<sup>x</sup>

a. Hispaniam *in mg.* V<sup>2</sup> b. concordant S<sup>1</sup> c. *sup. lin.* S<sup>2</sup>V d. vellent S e. per viam planam posset vel si vellet ire *om.* QR f. invenirent LV, inveniet CS g. pulcra loca ad venandum et habilia: pulcra loca et ad venandum habilia L<sup>2</sup> h. *om.* S i. domine *add.* S j. ferarum *in mg.* L<sup>2</sup>, venarum L<sup>1</sup>CQRSV k. *om.* C l. cum venatoribus et ductoribus et dum ivissent *in mg.* S<sup>2</sup> m. erat QR n. montem Q o. in quo marmores sunt: ubi sunt marmores QR p. imposuerant QR q. *om.* QR r. valica Q s. nuncupatur QR t. De septem eremitis *in mg.* Q<sup>2</sup> u. *om.* QRS v. caulos L, chaules QR w. herbes R x. domicilium LCQRSV, domicilio M, *coni.* Schn.

eorum est ille fumus<sup>a</sup>. Archiepiscopus dum ista audivit, fuit gavisus quam plurimum et reddidit<sup>b</sup> grates Deo.

Et interim ipsemet Karolus dimisso exercitu in quodam plano et cum eo Rotolandus et XII pares, archiepiscopi, episcopi, et abbates usque LX venerunt ibi, et archiepiscopus Turpinus narravit eis omnia, quecumque Sarra- 5  
cenus<sup>c</sup> dixerat ei, et omnes fuerunt gavisus et egerunt grates<sup>d</sup> Deo. Et Rotolandus dixit archiepiscopo: «Domine, ex quo ita est, descendatis ibi et videatis, utrum hec sint vera». Archiepiscopus respondit: «Omnes ibi- 10  
mus». Et hoc dicto ceperunt descendere trahentes equos per lora, quoniam propter<sup>e</sup> cacumina et descensiones malas oportebat omnes ire pedes<sup>f</sup>. Et fere V milia venerunt ad introitum vallis; sed archiepiscopus Turpinus primo solus venit ad habitaculum, et non vidit ibi nisi domos pauperulas, et introivit (150) per omnia loca<sup>g</sup> et aspiciens vidit quoddam<sup>h</sup> oraculum sive<sup>i</sup> oratorium, iuxta quod<sup>j</sup> invenit unum de VII heremitis; qui stupefactus timore vix fuit ausus archiepiscopum respicere<sup>k</sup>. Sed archiepiscopus ques- 15  
ivit ab eo, ad<sup>l</sup> honorem cuius sancti illud oratorium erat hedificatum; qui non potuit respondere, sed signis<sup>m</sup> ostendit, quod ad honorem beate Virgini- nis Marie. Intravit ergo archiepiscopus gaudens et, dum preces effudit beate Virgini, reversus est ad heremitam salutans eum litteraliter<sup>19</sup>; qui respon- 20  
dit<sup>n</sup> ei inclinato capite: «Omnipotens filius Virginis vos benedicat». At archiepiscopus benedixit eum et quesivit ab eo, utrum erat<sup>o</sup> solus an<sup>p</sup> plures socios haberet. Qui respondens ait<sup>q</sup>: «Ex quo signum crucis fronti vestro imprimitis me<sup>f</sup> benedicendo eciam eodem signo, possumne vobiscum loqui de cetero sicut christiano et Dei famulo?» Qui respondens ait: «Frater, potes 25  
et ne timeas<sup>s</sup>; nam scias pro certo, quod ego sum christianus et archiepisco- pus [3v] et statim videbis<sup>t</sup> christianissimum imperatorem<sup>u</sup> cum infinita christianorum multitudine; nam secum est sanctissimus Leo papa et patriarcha Ierosolimitanus, cardinales<sup>v</sup>, archiepiscopi, episcopi<sup>w</sup> et abbates plus quam septingenti<sup>20</sup> et Rotolandus et<sup>x</sup> XII pares, duces, comites<sup>y</sup> et barones quam plurimi et alii milites et pedites, qui ad fidem<sup>z</sup> christianam<sup>aa</sup> 30  
exaltandam exponunt se labori non mortem neque periculum metuentes».

a. fluvius T b. reddit C c. ille *add.* CS d. gratias QRS<sup>2</sup>V<sup>2</sup> e. *om.* C, *sup.* lin. S f. pedites *coni.* Schn. g. *om.* QR h. quendam RS i. oraculum sive *om.* QR j. quoddam L<sup>1</sup>V, quem R k. prospicere QR l. ab R m. signum C n. respon- dens LRSV, ait *add.* S<sup>1</sup>, *del.* S<sup>2</sup> o. *om.* C, esset QRS<sup>2</sup> p. aut C q. ei inclinato capite... respondens ait *in mg.* S r. in Q, m R s. timeat C t. videbit C u. Karolum *add.* QR, *in mg.* S<sup>2</sup> v. *om.* L w. *om.* L x. omnes *add.* CQRS y. et duces et comites Q, et duces comites R z. *om.* R aa. ad christianam fidem Q, ad christianam R

Quo audito dictus heremita cecidit ad pedes eius et flens et lacrimans  
 peccit ab eo veniam, suum sermonem proferens in hunc modum: «Domine  
 archiepiscopo, ex quo servus et amicus Dei es, misericordiam habeas istius  
 peccatoris et suorum omnium sociorum. Nam scias, quod VII socii sumus  
 5 et, ex quo fuimus hic, voluntas omnium fuit una». Qui respondens ait:  
 «Precipio tibi in virtute<sup>a</sup> obediencie<sup>21</sup>, ut omnia mihi narres, videlicet de  
 qua progenie<sup>b</sup> estis nati et de qua terra et qualiter huc venistis». At ille  
 dixit: «Libenter narrabo vobis omnia. Sciatis, quod VII sumus et nullus est  
 de provincia alterius.<sup>c</sup> Ego vocor Thomas et fui de Normandia de villa, que  
 10 vocatur Roham<sup>22</sup>, et sum vilior omnium sociorum. Alter<sup>d</sup> fuit de Lombar-  
 dia, de civitate, que vocatur Papia, que est sita<sup>e</sup> super<sup>f</sup> fluvio Toziti<sup>23</sup>, et est  
 nobilis<sup>g</sup> genere sed moribus et sciencia nobilior ultra modum et vocatur  
 Ricardus<sup>h</sup>. Tercius fuit de Ungaria, filius regis regni eiusdem, et vocatur  
 Robertus<sup>i</sup>; bonitatem et mores ipsius esset longissimum enarrare. Quartus  
 15 de Scocia et vocatur Germanus, nobilis parentela sed dilectione Dei nobi-  
 lior, ut bene novimus, et amore. Quintus est Flandrensis de quodam subur-  
 bio, Sancti Octomerii<sup>j</sup> <sup>24</sup> nomine, et vocatur Alayranus, quem humilitas  
 ipsius et inflammatio amoris spiritus sancti generosiores faciunt omni  
 rege. Sextus Theonicus<sup>k</sup> natus in Colonia civitate, filius<sup>l</sup> cuiusdam nobilis  
 20 viri, sed in suis factis ostendit se genere altiore et vocatur [4r] Philip-  
 pus<sup>m</sup>. Septimus de Egipciaca<sup>n</sup> provincia<sup>o</sup>, cuiusdam nobilis regis filius, et  
 vocatur Bartholomeus, inter omnes paciencia (200) et bonitate nobilior et  
 est bonus clericus. Qualiter autem sumus hic, audiatis: Scholares eramus  
 Parisienses<sup>p</sup> et fuimus socii fere per quadriennium; postea divina gratia  
 25 inspirante fuit propositum nostrum, ut relinqueremus omnia et<sup>q</sup> conseque-  
 remur<sup>r</sup> Christum, terrena tamquam vilia et transitoria contempnendo<sup>s</sup> <sup>25</sup>,  
 et ut pateremur<sup>t</sup> pro eo, qui pro nobis passus est<sup>26</sup> usque ad mortem<sup>27</sup>; qui  
 nobis locum istum per suos angelos docuit<sup>u</sup>. Et hic fuimus fere<sup>v</sup> per XX  
 annos ad servicium ipsius congregati; ordeum et milium<sup>28</sup> comedimus,  
 30 caules et alias herbas agrestes, que seminamus et colligimus in istis monti-  
 bus, secundum quod nobis ipse preparat, qui tali modo volatilia pascit<sup>w</sup> et

a. sancte *add.* C    b. proienie LV    c. De fratre Thoma uno ex septem eremitis *in*  
*mg.* Q<sup>2</sup>    d. secundus S    e. situata Q, scituata R, scita S    f. sub QRSg. nobili L  
 h. Richardus QR    i. Rotbertus R; cuius *add. sup. lin.* C    j. ochomerii C, octomerii  
 QR    k. theonicus L    l. filium S    m. philipus LV    n. egipciaca QV, egipciata  
 L, egyptiaca C, egyptiacha R    o. *om.* C    p. parisie C<sup>1</sup>, parisiee C<sup>2</sup> (*sequitur lacuna*  
*5 litterarum*)    q. *sup. lin.* L<sup>2</sup>    r. sequeremur CQRS    s. contempnenda L<sup>1</sup>V, con-  
 tempnentes QR    t. pateremur LCS    u. Nota *in mg.* QR    v. *om.* QR    w. qui  
 tali modo volatilia pascit: qui talia volatilia facit QR

omnes alias creaturas<sup>29</sup>. Leones et ursos et<sup>a</sup> omnia alia<sup>b</sup> salvatica<sup>c</sup> 30, que in nemoribus<sup>d</sup> invenimus, non fugamus nec ipsa<sup>e</sup> nos fugant, immo amicabiliter nobiscum<sup>f</sup> vivunt in nemore et nobis obediunt, nullam nobis nec nos eis iniuriam facientes; et taliter viximus usque modo».

«Thomas<sup>g</sup>», dixit archiepiscopus, «faciatis venire socios<sup>h</sup> vestros». 5  
 «Domine, libenter, sed valde<sup>i</sup> timebunt; nam silvatici<sup>j</sup> sunt sicut alie fere in nemoribus»<sup>31</sup>. Tunc pulsavit suas<sup>k</sup> campanellas et fratres audientes<sup>l</sup> sonum earum, qui erant in Rupe<sup>m</sup> Geraria<sup>n</sup> 32, ceperunt descendere. Et dum venissent ad locum<sup>o</sup>, qui vocatur Cortallus<sup>33</sup>, audierunt<sup>p</sup> strepitum<sup>q</sup> exercitus, qui aperiebat vias cum ensibus et aliis ferramentis frangendo arbores et 10  
 romices<sup>r</sup> 34, ut ad locum heremitanorum possent sine impedimento<sup>s</sup> pervenire. Et tunc fuerunt stupore perterriti credentes<sup>t</sup> Thomam, eorum fratrem, mortuum a Sarracenis, qui hac de causa de Yspania<sup>u</sup> venissent ibi, ut eos interficerent<sup>v</sup>. Et reddiderunt gratias<sup>w</sup> Deo deprecantes ipsum, ut morte simili morerentur et ut eos corona coronaret inmarcessibili<sup>35</sup>, qui pro eis 15  
 moriendo corona fuit circumdatus et spinis<sup>x</sup> acutissimis coronatus.

Et dum hec [4v] cogitarent<sup>y</sup>, viderunt exercitum et cito venerunt usque ad Orbionem<sup>36</sup>; quo transacto intraverunt<sup>z</sup> heremitaculum<sup>aa</sup> et invenerunt<sup>bb</sup> ibi Thomam et archiepiscopum; qui Thomam<sup>cc</sup> omnes osculando pariter salutaverunt se<sup>dd</sup>. Quo facto narravit<sup>ee</sup> eis, qualiter omnes erant 20  
 christiani, et ipsi narraverunt ei, qualiter ipsum<sup>ff</sup> mortuum existimabant<sup>gg</sup>; postea gaudio flentes<sup>hh</sup> dixerunt ei: «Ex quo Dominus<sup>ii</sup> tantum honorem nobis contulit, quod tantos viros huc adduxit, invitetis eos et de bonis nobis a Deo<sup>jj</sup> datis eis demus ad comedendum<sup>kk</sup>». Tunc Thomas cepit ridere et dixit: «Non habemus nisi<sup>37</sup> gallum unum ad horas cantandas; qualiter tot 25  
 et tantis viris poterit habundare?»

a. omnes *add.* S b. omnia alia: cetera omnia QR c. alia salvatica: animalia silvatica L d. montibus T e. ipsam Q, ipsas R f. *om.* T g. Thome QR h. fratres QR i. valle L<sup>1</sup> j. silvatici L<sup>2</sup> k. *om.* QR l. audierunt QR m. rocha QR n. Gerarie C, et *add.* QR o. venissent ad locum: descendissent iuxta locum quendam QR p. audirent R q. et *add.* R r. ronces Q s. aliquo *add.* QR t. et suspicantes *add.* QR u. de Yspania *om.* Q v. interficient R w. grates CQR x. circumdatus et spinis: circumdata spinis QR y. agerentur Q, ageretur R z. invenerunt LV aa. hermitaculum C (*sic semper*) bb. invenerunt R cc. Thomas L<sup>1</sup>CQRSV dd. salutaverunt se *om.* Q, salutavit se R, salutavit S<sup>2</sup> (*se exp.* S<sup>2</sup>) ee. narravit QS<sup>2</sup>, narraverunt LCRS<sup>1</sup>V ff. ipsum *sup. lin.* V, ipsum esse QR gg. estimabant Q hh. et *add.* C ii. deus QR jj. nobis a Deo: a nobis Deo R, a Deo C kk. comendum L